



Mujeres, Dones, Emakumeak, Mulleres de Grecia y Roma

Gynaikes, Mulieres: Mujeres, Dones, Emakumeak, Mulleres de Grecia y Roma (FCT-21-16887)	
Roma	Autoría: Pilar Pavón Torrejón
Alto Imperio	
Ámbito: matrimonio, política	
<p>lam Messalina facilitate adulteriorum in fastidium versa ad incognitas libidines profluebat, cum abrumpi dissimulationem etiam Silius, sive fatali vaecordia an imminentium periculorum remedium ipsa pericula ratus, urgebat: quippe non eo ventum ut senectam principis opperirentur. insontibus innoxia consilia, flagitiis manifestis subsidium ab audacia petendum. adesse conscios paria metuentis. se caelibem, orbum, nuptiis et adoptando Britannico paratum. mansuram eandem Messalinae potentiam, addita securitate, si praevenirent Claudium, ut insidiis incautum, ita irae properum. segniter eae voces acceptae, non amore in maritum, sed ne Silius summa adeptus sperneret adulteram scelusque inter ancipitia probatum veris mox pretiis aestimaret. nomen tamen matrimonii concupivit ob magnitudinem infamiae cuius apud prodigos novissima voluptas est. nec ultra expectato quam dum sacrificii gratia Claudius Ostiam proficisceretur, cuncta nuptiarum sollemnia celebrat.</p> <p><i>Annales ab excessu divi Augusti.</i> Cornelius Tacitus. Charles Dennis Fisher. Clarendon Press. Liber XI, 26-38. Oxford. 1906.</p>	<p>Ya Mesalina, hastiada por la facilidad de sus adulterios, se lanzaba a placeres desconocidos, cuando también Silio se puso a urgirla para romper con los disimulos, movido por una fatal ausencia de cálculo o pensando que los peligros mismos serían el remedio de los inminentes; le decía que, desde luego, no habían llegado a aquel punto para esperar a la vejez del príncipe; para los inocentes los planes inofensivos; que para el escándalo manifiesto había que buscar una protección en la audacia. Le hacía ver que tenían cómplices llenos de los mismos temores; que él era soltero, sin hijos y que estaba dispuesto al matrimonio y a adoptar a Británico. Le aseguraba a Mesalina que conservaría el mismo poder, y en condiciones más firmes, con tal que se previnieran de Claudio, que era tan dispuesto a la ira como incauto ante las asechanzas. No acogió Mesalina estas palabras con gran entusiasmo, no por amor a su marido, sino porque temía que Silio, tras alcanzarlo todo, acabara por desdeñar a la adúltera, que aquel crimen aprobado en medio de los peligros lo apreciara más tarde en su verdadero valor. Sin embargo, la alusión al matrimonio la llenó de ardiente deseo por la magnitud de la infamia, que es, para los que ya lo han hecho todo, el último de los placeres. Y sin esperar más que la ocasión en que Claudio marchaba a Ostia para ofrecer un sacrificio celebra su boda con toda solemnidad.</p> <p>Tácito. <i>Anales</i>. Libros XI-XVI. Introducción general, traducción y notas de José Luis</p>



Mujeres, Dones, Emakumeak, Mulleres de Grecia y Roma

	Moralejo. Biblioteca Básica Gredos, 2001, p. 160, p. 270-271.